

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Excusatio m
cum fonte primo

Quidam dicere non nunquam solent.
Concessis utimur, aliena non querimus;
et si digna misericordie retributione non agimus,
nulla tamen peruersa perpetramus.

Cum tamen diuitem post hanc uitam ultrix gehenna suscepit,
non quia aliquid illicitum gessit,
sed quia immoderato usu totum se illicitis tradidit.

Gregorius in pastoralis.

Hi autem dicere nonnumquam solent:
Concessis utimur, aliena non quaerimus,
et si digna misericordiae retributione non agimus,
nulla tamen peruersa perpetramus.

Quod idcirco sentiunt,
quia uidelicet aurem cordis a uerbis caelestibus claudunt.

- Neque enim *diues* in Euangelio, *qui induebatur purpura et bysso,*
qui epulabatur cotidie splendide aliena rapuisse
sed infructuose propriis usus fuisse perhibetur,
← Eumque post hanc uitam ultrix gehenna suscepit,
non quia aliquid illicitum gessit,
sed quia immoderato usu totum se licitis tradidit.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.21
(SC 382, F. Rommel ed., p.396, ll.35-44).